tis sua derelictas, idem Mantis suus cum omni praemissorum
iure Dominio cumque omnibus et singulis bonorum et rerum
praefatarum, utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, emolumen-
tis, obventionibus, attinentiis et pertinentiis quibus universis, tenebit, habe-
bit, possidebit, illisque pacifice et quiete ad extrema ad unteque aetatis
suae tempora utifruetur. Post mortem vero eiusdem Mantis sui bo-
na supra scripta omnia, ac res supremis expressas, ad successores su-
pra scriptae consortis suae, sine omni impedimento et contradi-
ctione successorum Mantis sui, plenarie et sufficienter devolventur
et devolvi debent. Hac insuper praesenti ad praemissa omnia mediante.

Bielinski et Pilichowski Cedit.

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensis Capi-
tanei Premisliensis Generosus Stanislaus Bielinski Sanus mente et
corpore existens, recedendo a terris Districtibus Iuribus Iurisdi-
ctionibus suis quibuscumque propriis et competentibus Praesenti vero Castren-
sis Capitanei Premisliensis Iurisdictioni, quo ad actum praesentem attinet, secum
successoribus bonisque suis quibusque omnibus, totaliter et plenarie incor-
porando atque subiciendo, palam publice ac per expressum recogno-
vit. Quia ipse inhaerendo eo in passu Decreto officii praesentis
de omni et integro iure suo, videlicet de Inscriptione Castrensi Premi-
sliensi sibi recognoscendo per Generosum Nicolaum de Thenczyn Osto-
linski, super summam Mille septuaginta florenorum pecuniae po-
lonicae modo simplicis debiti facta et recognita Inscriptione eadem
debito rea de praemissis suo in tenore latiore, Recognoscendo summa
ipsa Mille septuaginta florenorum polonicalium, eadem Inscriptione assecu-
rata cum omni praemissorum iure Dominio proprietate, ac
quavis competentia et prerogativa cumque omnibus et sin-
gulis Inscriptionis praedictae conditionibus, punctis, clausulis,

vadio

vadio, ligamentis, summae quoque praefatae utilitatibus et emolu-
mentis quibuscumque, nihil ex praemissis iuris domini proprietatis
ac cuiuscumque competentiae et prerogativae pro se suisque successoribus aut
alio quoquam reservando seu excipiendo. Verum quod praemissa omnia
et singula ipsummet praesentem concernebant, ac eidem servietur.
Iam ex nunc et de facto Generoso Christophoro Pilichowski eiusque
Posteris Cessit, et condescendit, prout praesentem Cedit, et condescendit
omnemque et integrum ius suum sibi ad praemissa serviens, in personam
praefati Cessionarii sui eiusque Posterorum, totaliter et plenarie trans-
tulit, transfudit, et incorporavit, prout transfert, transfundit et
incorporat praesentem perpetuo. Per ipsum Generosum Christophorum
Pilichowski Cessionarium suum eiusque successores, hoc idem ius Cessio-
nis praemissorum omnium summam praemissaque omnia praesentem condescensa cum
universis summae praedictae utilitatibus et emolumentis, tenentur ha-
bere possidere, cum facultate summam praefatam levandi, et peri-
tiam de levata et recepta quietantiam, pro eaque sine consensu
soluta iure agendi Processum inchoandi, ac ad debitum ex-
quisitionis finem deducendi, praemissaque omnia tanquam sua pro-
pria, ad suos, suorumque successorum quos beneplacitos ipsi
libere et effectualiter convertendi. Ad quod vero tamen originalis
ea omnia latius in se complectentis praesentisque Cessi et transfusi.

Pilichowski eundem G. Bielinski Tuebitur.

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Ca-
strensis Capitanei Premisliensis Nobilis Christophorus Pilichowski
Sanus mente et corpore existens, recedendo a terris Districtibus
Iuribus Iurisdictionibus suis quibuscumque propriis et compe-
tentibus Praesenti vero Castrensis Capitanei Premisliensis Iurisdictioni, quo
ad actum praesentem attinet, secum successoribus bonisque suis quibusque omnibus